4-V-25

CALENDARIVM ROMANVM MA/gnum, Cæſareę maieſtati dicatum, D. Ioanne Stœffler iuſtingenſi Mathematico authore.

QVIRINVS LANIVS

Vebſtatinus filioꝝ illuſtris Florētij de Veningen ducalis cancellarij pædagogus lectori.

ASTrigeros quiſquis punctim diſquirere tractus
Optat, & obliqui ſidera zodiaci,
Siue etiam erronum varios expendere curſus,
Conſtet vt articulis noxqꝫ dieſqꝫ ſuis,
Hanc adeat chartam mox, egregiamqꝫ matheſin
Lecturus doctis omnia ſcripta modis.
Hæc etiam ęgroto diſpenſat pharmaca membro,
Hæc etiam venis tempora tuta parat,
Deniqꝫ venturos lunę ſoliſqꝫ labores
Fœlix auſpicijs vnica charta docet.
Hanc igitur toto chartam, doctiſſime, cœlo
Felicem, lector conſule, diſce, cole.
Semper age immenſas iſto pro munere grates
Stœffler Ioanni, qui dedit illud opus. Vale.